



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Confessio Doctrinae Saxoniarvm Ecclesiarvm, Scripta  
Anno Domini M. D. LI. Vt Synodo Tridentinae Exhiberetvr**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiae, 1554**

**VD16 C 4808**

Scriptvm Ministrorvm Ecclesiae In Inclyta Vrbe Argentorato.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35345**

SCRIPTVM MINI-  
STRORVM ECCLESIAE  
IN INCLYTA VRBE  
ARGENTORATO.

S. D.



CRIP T V M D.  
Philippi Melanthonis,  
charissimi Præceptoris  
nostrī, quod dilectus fra-  
ter & symmista noster  
D. Iohannes Marbachius  
attulit, uidimus, legi-  
mus, & exosculati sumus, Bonaçp fide de  
eo testamur, quifç sua manu, quòd con-  
sonum sit unicæ & ueræ doctrinæ de Dei  
essentia & uoluntate, quæ à Deo patefac-  
ta est, & commendata primis patribus &  
Prophetis, postea illustrata uoce filij Dei  
Domini nostri Iesu Christi, crucifixi pro  
nobis & resuscitati, & uoce Apostolo-  
rum ac Apostolicorum uirorum: Ac ne-  
quaquam recipiendas esse ulla opinio-  
nes pugnantes cum illa prima Propheti-  
ca doctrina, & uoce filij Dei.

Caspar

Caspar Hedio Doctor Theologiæ,  
docens Euangelium in Ecclesia Dei  
in inclyta urbe Argentorato, manu  
propria subscripsit, ut una sit uox  
multarum Ecclesiarum.

Iohannes Marbachius Theologiæ  
Doctor, & Pastor Ecclesiæ ad S.  
Nicolaum Argentorati, manu pro-  
pria subscripsit.

Beatus Geringus Minister Euan-  
gelij Christi ueteranus, Pastor Ec-  
clesiæ Dei, quæ apud D. Thomam  
Argentorati conuenit, manu pro-  
pria subscripsit.

Theobaldus Nigri, Minister in Eu-  
angelio Christi Ecclesiæ Argentora-  
tensis, agnosco Chirographo meo,  
hanc Confessionem uerè Christi &  
Apostolorum doctrinam esse, quæ  
uirtus est ad saluandum credentes,  
præter quam nullam aliam esse iu-  
dico.

L 5      Lucius

Lucius Kyberus , ad S: Aureliam  
Pastor, præsentibus testor, huic piæ  
Confessioni solidæ & consumma-  
tæ nihil addendum , neque in ea  
aliquid desiderari posse , quam &  
ego libenter confiteor , & Domino  
pro reuelata sua uoluntate, gratias  
ago.

Ioannes Lenglinus, Pastor Eccle-  
siæ Iesu Christi ad S. Guilhelnum  
Argentorati , propria manu sub-  
scripsit.

Ludouicus Rabus , Ecclesiæ Chri-  
sti apud Argentoratum Minister,  
hanc Confessionem & doctrinam  
Ecclesiæ Vuitembergensis , & con-  
iunctarum, quæ sine ulla dubitati-  
one consensus est Ecclesiæ Catho-  
licæ Christi , ex animo amplectitur,  
manuq; propria subscripsit.

Christophorus Sœlliūs sst.

Chunra-

Chunradus Hubertus, manū mea  
subscribere uolui.

Leonhardus Fontanus, Minister &  
Diaconus Ecclesiæ S. Nicolai Ar-  
gentinæ, idem quod Fratres & Præ-  
ceptores testantur, manus propriæ  
subscriptione confirmatum uolo.

Scriptum